

(4)

Nobilissime et multis modis Illustris, Carissime
Et Amplissime Vir.

Quamquam nulla cum tua Nobilitate et Amplitudine mihi
intercedat amicitia, et ob id te in tanto rerum fastigio col-
locatum familiariter meis literis interpellare non debeam
tamen facit hac humanitas tua singularis et rara, a mul-
tis commendata, et quod in eidi in literas, a Te ad Ru-
moldum Mercatorem Secret. Tentoburgensem, Prone-
potem Gerardi Mercatoris Matsematici pia memoriae an-
te hac quam humanissime scriptas, illoq; Epistolio consigna-
ta docta Epigrammata, quibus tua Nobilit. Amplit. et
Dignitas Nomen et memoriam Aui mei felicissima recor-
dationis, in testimonium magni et non vulgaris amoris et
erga ipsum, ejusq; studia et peractam vitam, sempiternum
et indelebile voluisti. Tum etiam quod acquisissimum
dixi, memoriam hujus in praenuncupatum Avum et nos
beneficij, tantiq; meriti summa gratitudine, benevolen-
tia, omni studio colendam esse. Ago et refero igitur
quam officiose tua Nobilit. et Amplitudini, honorum
studiorum Mercenati praestantissimo, meo, et totius
Familiae Mercatorum nomine: qui cum fratre unico Aui
nostri Gerard. Mercat. ultimi Nepotes, Et qui modo
Senior ex Mercatoribus sum: immortales et maximas,
ut decet, gratias, quod hisce tuis excultis Epigramma-
tis Nomen et Dignitatem Aui mei extreme adornare,
quod tum illa abunde satis testatum faciunt, dignatus
es, Tua hac excellens et insignis benevolentia, et sum-
ma gratia, cui vix quid addi posset, nullum me, meos,
totamq; Familiam nostram patitur officij erga te Andij-
minis praetermittere, nec ullum erit tempus, quo
tua Amplitudinis et Dignitatis hujus in nos collati be-
neficij

Not:

(4)
Petrus Kerius in sua
Germania inferiori Ia descripti:
one Flandria Comitatus, pagina
41. sequentia posuit.

Rupelmonda ad Rupelam fluvium Arx est,
cui puleber et amplius pagus adiacet, hoc loco mi:
nime omittendus, vel propter Gerardi Merca:
toris illustrissimi Mathematici et Cosmogra:
phi, ac nostri seculi Ptolomaei memoriam etc:

9
es, Tua hac excellens et insignis benevolentia, et sum

beneficij memoria exlinguetur, et Nos illius immemores
deprecandemur, et certe magno illo beneficio, quod no-
stram de tua erga nos immerita benevolentia spem con-
firmavit, et eam infallibilem declaravit, universa
Mercatorum familia, quorum si non magnus, mediocri-
tamen numerus adhuc reperitur et extat, semper de-
vincta manet. Porro sapientia illa Epigrammata in
perpetuam memoriam et eximiam laudem tuae Nobilitatis
et Amplitatis inq. signum et testimonium nostrae grati-
tudinis, non satis tamen dignae, ex regio aliquo et accom-
modato Operi Annalium (lib. Jul. Mont. Etq. ant.
de Illustrib: et Doctis Viris tractanti, siquid tale
primo quoque tempore in lucem prodcat, praebog. com-
mittatur, hoc vel simili modo inclusa Cedula, muta-
tis mutandis, sub correctione tamen, suo loco apte
inseri, et simul illud Epitaphium, absq. tamen In-
gressus additione, in dicta Cedula expressa, cum tua
Nobilitatis et Amplitatis: ut Auctoris nomine, lapidi seu Cu-
pro quamprimum incidi, et prope Sepulchrum Aui
locari et affigi curare animam induxi, spero id-
ipsum te non aegre laturum. Hoc unum restat, Tua
Nob. et Amplitatis: posuit Duisburgam Gerard: Mer-
catoris in Christo Defuncti Urbem natalem, cum il-
le Rupelmonda in Comitatu Flandriae natus, post-
modum autem Duisburgum in Civia commigraverit,
habitatumq. venerit, et ibidem Civium numero adscri-
ptus sit, in hunc finem mitto Epigrammata, ut tua
Nob. et Amplitatis: propria manu hoc corrigere, et
dein illa Embricam ad me Secretarium ibidem remit-
tere dignetur; quae ut benevole et sincero animo
a me scripta, ita ut eodem a te accipiantur tuam
Nob.

quod Nobilissimus, multis modis Illustris, Clarissimus
atq; Amplissimus Dominus Constantinus Huygenius à Vrijl.
Semper Serenissimi, Principis Uranice, Consiliaris et
Secretarius, longe dignissimus in memoriam et singula-
rem laudem et gratiam antedicti Mercatoris, totiusq;
Mercatorum Familiae honorem Bodbergae Comitatus
Moersensis in Castris III Cal: sext: C1610XLII subse-
quentia Epigrammata composuerit, eorum tempore Duis-
burgum Epistolio consignata miserit, in quo Epistolio in-
ter cetera cum honore praenominatus Auctor haec for-
malia Verba apposuit.

¶ Cum Duisburgae essem non potui non Gerardi Mer-
catoris recordari, qui nos ubicunq; terrarum simul,
memores sui fecit, ea cogitatio quantopere me
commoverit, tumultuarijs Epigrammatis testatum
feci, Quod scripto deest, suppleat scribentis af-
fectus, ut Poëtam contemnas, utiq; pro beneficio pu-
blico gratitudinem privatam amas.

firmantur utroque unum de Epigram.
mata in stellis.

Ad Duisburgam Ger: Mercatoris etc.

Παράκλησις.

In huius Effigiem.

Duisburga Mercimonis etc.

Epitaphium.

Quisquis ades etc.

Constanter.

Notandum, ubi vero opus, tractans de Illustris et Doctis Viris, fuerit,
ante lecta mutatis mutandis inserenda.


Illi loco, quo tractandum de Civitate
Duisburgo Civorum, subsequencia
annectenda;

In qua Civitate quondam claruit Celeberrimus Claris-
simusq; Vir Gerardus Mercator, Flandro Rupelmonda-
nis, Caroli Quinti invictissimi Romanorum Imperatoris
Domesticus, et Guilielmi Patris, ac Joannis Guilielmi
Filij, Juliacensium Civensium et Montensium, Illu-
strissimorum et Clementissimorum Principum longe ex-
citatissimus Mathematicus et Cosmographus, alter
Ptolomeus, a varia Doctrina, et quod caput et summa
est, a Virtutibus, integritate Vita, et omni morum
Comitate Clarus et Laudatus, de cuius praestan-
tissimi Viri Nativitate, Parentibus, felicibus Studiis,
bis, quo tempore scilicet a Rupelmonda Comitatus Fla-
ndriae Duisburgum in Civitatem commigraverit, et Sabi-
tum venerit, quid praeclari et egregij in Vita prae-
sterit, quae Opera in Lucem emisserit, et quae, si illi
cuius Vita spatium concessum fuisset, ulterius in pul-
chrum prodire decreverit, de ejus laudatissimis me-
ritibus, honestissimog; Vita genere, morte, et hoc
Teutoburgi Civensium Oppido in Summo Templo
S. Salvatoris Sepultura, insigni Epitaphio ador-
nata, et quae plura sunt, lege in praedicti Mercatoris
Vita, a Domino Gualtero Gymnio, patricio Teu-
toburgensi, ejusdemq; Oppidi antiquissimi Praetor
dignissimo accuratè, fideliter et ad longum co-
scripta, et Atlanti Gerardi Mercatoris una cum
dicto Epitaphio annexa, cui hoc insuper accessit

Nob. et Amplis: Humiliter et obnixè rogo, Et illam
cum chariss: Domesticis Protectioni Divinae Biscie fide-
liter, et me meosq; tuæ Amplitudini majorem in
modum, instantem, quantum sine molestia tua tum
fieri possit, Dignitasq; tua patiatur, officiosè com-
mendo. Bene et feliciter Valeat, Data Embrica
Clinorum, 12. Octobris Anno, 1640.


Tuæ Nobilit: Amplis: et Dignit:

Omnis studio et observantiâ
additissimûs

Gisbertus Mercator 

præsti

Nobilissimo, multis nominibus Carissimo, et Amplissimo
Dignitatis Viro, Domino Constantino Fugensio a Leyden
Madrifs: et Serenissimo Principis Veniae, Con-
siliario, et Secretario longe Dignissimo, Merentis,
et Patrons suo summo bene colendo.



Haage = Comitibus.

